



- INDEX DISPUTATIONUM
Theologicorum
- sub Praesidio Leonb. Hutteri.
- De Confessione Augustana
- 2 De unitate essentie divina et personarum Trinitatis
- 3 De personarum in una diversitate essentia differentiis notis characteristicis, ordine et generatione aeternitate filii Dei aeterna
- 4 De Divinitate Spiritus Sancti eiusque aeterna processione a Patre et filio, et de sanctis resibus tam veteribus quam recentioribus articulo 2. Aug. Conf.
- 5 De peccato originali et filiorum scripturarum opposita.
- 6 De blasphemia in spiritum manus in ecclesia sanctum sive peccatum ad mortem articulo 3. Conf. Aug.
- 7 De unione hypostatica naturarum et eorum idiomatu in Christo.
- 8 De communicatione et naturarum et eorum idiomatu in Christo.
- 9 De officio Christi sacerdotatibus et staticum humilationis
- 10 De officio Christi regio, et statu exaltationis articulo 4. et 20. Aug.
- 11 De justificatione hominis peccatoris coram Deo.
- 12 De efficacia ministerii verbi et sacramentorum regis ministrorum Ecclesie, a vocatione.
- 13 De bonis operibus tract. 4. 6. 7. 8. c. 4.
- 14 De Ecclesia a. 7. 8. c. 4.
- 15 De sacramento ingeneris re, 13. a. c. 4.
- 16 De Baptismo, c. 4.
- 17 De Coena domini. 10.
- 18 De poenitentia et confessione " 12
- 19 De Traditionibus humanis in Ecclesia tract. 5. 4. 5. ar.
- 20 De rebus civilibus et perfectate Ecclesiastica. 16. 4. 7.
- 21 De extremo iudicio
- 22 De libero arbitrio
- 23 De causa peccati
- 24 De cultu sanctorum
- 25 Ex Ioh. Ecce Agnus dei illi Dei qui tollit peccata mundi
- 26 De verbbo Dei scripto sev scripturam Sacram.

DISPV TATIO XIX.

De

ANTICHRISTO MAGNO

DE 2 V A

Spiritu sancto duce

SUB PRESIDIO I

LEONHARTI HUTTERI,
SS. THEOLOGIAE
DOCTORIS.

Respondet

MARTINVS FRANCVS
Vtenbachensis Tyrigeta.

Ad diem 18. Novembris horis 1000;
consuetus;



Onofrii de Noe Archibaldi
Tyrigiensis Theologici STEIN MANNI.
Anno 1596.

॥६॥ यद्यपि विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् ॥
॥७॥ यद्यपि विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् ॥
॥८॥ यद्यपि विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् विद्युत् ॥

REVERE N DIS, A M-
PLISSIMIS, CLARISSA-
MIUS ET doctissimis viris,

Dn. A N T O N I O P R O B O
SS. Theologiæ Doctori

Dn. M. MARTINO RVTILIO;
Dn. IOHANNI MAIORI,

Ecclesiæ Vinariensis Superintendenti, diacono-
nis fidelissimis & Synedrij ibi-
dem adsestoribus di-
gnissimis.

Dn. VVOLFGANGO ZETZSCHING
Quæsturæ Dornburgensi & Camber-
gensi præfecto vigilan-
tissimo,

**DD. & fautoribus suis summa observantia
colendis**

Hæc de Antichristo Magno Theologum a
in grati animi symbolum
nuncupat

Martinus Francus R.

EXPOSITIO DE ANTICHRISTO.

THEISIS I.

INTER CAETERAS NO-
VISSIMI TEMPORIS, IN QUOD NOS INCIDIMUS,
CALAMITATES, LOCUM FERÈ PRIMARIUM OB-
TENTURUM ANTICHRISTVM, CHRISTI SER-
VATORIS & REGNI EJUS HOSTEM ĀAROVDOV, SCR-
PTURA DIVINITUS INSPIRATA PRÆNUNCIAT.

2. Quanquam autem ratione spiritus Antichri-
stus est, quicunqs Christo adversatur, sive id moribus fiat &
vi externa, sive falsa doctrina, (quemadmodum multos
suo jam tempore factos Antichristos D. Iohannes asseve-
rat;) Spiritus sanctus tamen de insigni & magno quo-
dam, qui præ ceteris omnibus Christum in membris suis
maxime sit persecuturus, vastatus horribiliter regnum
ejus, & gentes linguasqs, saltē non omnes hypocrisi ac
mendacijs seducturus, vaticinatur.

3. Quis sit ille, numqs venerit, (cūm tam varia de
utragqs hac questione non apud priscos tantum Patres, sed
& apud neotericos, sunt opiniones; & verò nosse utrumqs
piorum omnium plurimum intersit;) pralucente verbi di-
vinipharo & applicato rerum eventu, dispiciemus.

4. Ac sanctos quidem Patres quod artinet, tot fer-
mè apud illos inveniuntur, quo sunt eorum qui de hac
materia scripsere, sententia.

5. Opinari sunt enim aliqui, ipsum Diabolum Anti-
christum

Aegis, qua
Patrum
senteatim
removens
tur.

1. D. Hip-
polytus &
Theodores
euso.

christum futurum; ac quemadmodum Christus fuerit incarnatus, sic ὡργυανος illum Christi ἀντικείμενον carnem

2. Lactan. etiam humanam subiturum esse.

tius. Probabile hoc
videtur et iā Bellar.

T. 1. l. 3. c. 6. Quidam non ipsum Diabolum, sed quendam malo spiritu genitum, Antichristum fore rati sunt.
12. p. 877 7. Alij monstrum illud hominis & sanguinis Christiani sicutissimum hostem C. Tib. Neronem in uitam redditurum esse tradiderunt.

3. Sev. Sul-
pit. oīyzeo
ros D. Am-
broſij lib.
2. ſ. hift.

4. Plerorū magia & veneficio plenum, &c.

rumq; Pa-
trum opis 9. Haec opiniones & ejus farina alia, cum & a fe-
nicio. metipsis, & in primis ab oraculis divinis multis modis dis-
tinguiuntur. sentiant, merito eas valere jubemus.

10. Excusamus tamenpios Patres, cum quod evenitu destituti non certò pronunciare potuerunt de mente oraculorum, que clausa fore usq; ad ultima tempora, Dan. 12. 9. Angelus ipse Danieli facetur: tūm hoc nomine, quod ipsime testantur, se saltē referre suas opiniones, nihil certi definire.

Recentio-
rum de An-
tichristo
tichristo
sententia.

11. Eneotericis verò non nemo est, qui Mahume-
tem seu Turcam & successores ejus Antichristum esse sta-
tuit.

Turca An-
tichristus
est.

12. Ac sanè Antichristum eum esse, & facile primariam etiam, inficiari nec possumus nec debemus.

Ezech. 38 13. Vaticinia enim luculenta plurimæ, in sacris habentur, que ita comparata sunt & eventu comprobata. ut de nullo alio, nisi Turca intelligi possint.

& 3. 9. 14. Quælia sunt illa de Gogo & Magogo, parvum Apoc. 20. log; cornu, quod tria anteriora cornua seu regna de qua-
Dan. 7. 8. z. 5. tra Romanorum Monarchia avulsurum sit, quod leges & tempora

tempora mutaturum, locuturum grandia adversus san-
ctum sanctorum, præliaturum adversus sanctos altissimi,
& victorias obtenturum clarissimas.

15. Quo minus tamen Turca Antichristus ma- Sed non
gnus ille, seu καὶ ἔχοντες & in specie sic dictus habeatur, se- magnus il-
quentes obstant rationes. le.

16. I. Antichristus enim à Paulo ita describitur, 2.Thess. 2,
quod sedeat in templo Dei seu in Ecclesia: Mahometes 4.
autem & successores ipsius sunt extra Ecclesia pomæria &
extra cætum baptisatorum.

17. II. Antichristus super bestia decicorni & ses Apoc. 17.
principi, in Babylone mystica, urbe magna, quæ habeat 3.9.18.
imperium in populos, sitaq; sit inter duo maria, id est, Ro- Dan. 11.
mæsseturus perhibetur: Turca Orientem occupatus. 45.

18. III. Antichristus multo tempore latiturus in 2.Thess. 2,
Ecclesia dicitur, ita ut pro hoste Christi non agnoscatur, 7.8.
sed opus habeat, ut divinitus reveletur: Mahometes
jam inde à primis incunabulis pro aperto Christi & Eccle-
sie hoste fuit habitus, necnulla peculiari revelatione in-
dignit.

19. IV. Antichristus talis nobis pingitur, cuius 2.Thess. 2,
adventus sit in signis & prodigijs fallacibus: At Mahu- 9.
metes ipse testatus est, se venisse non in potestate miraculo-
rum, sed gladij. Hinc etiam ab Arabibus contemptus fuit,
quod miracula non posset edere. Ac quanquam glo-
rietur alibi de luna in partes secta, cuius dimidiam portio-
nem in manica sua occultiatur tam absurdum tamen &
frivolum id est commentum, ut ab ipsis etiam Mahometis
falsè rideatur.

20. V. Antichristus sanaturus vulnera bestie seu Apoc. 13.

Monarchie Romanae prædictisur: Turca verò adeò non
sanavit, ut tria potius lethalia, totidem avulsis cornibus,
influxerit.

Dan. 21, 21. Vl. Antichristus à yau nobis ob oculos sisti-
37. tur, quiq; preturus planè sit conjugales & legitos mulie-
crum amores: Turcam maritum esse liquido constat.

22. Notas discriminis plures, qui vaticinia & e-
ventus utriusq; contulerit, facile deprehendet.

Pontificio- 23. Pontificij tandem sunt, qui ad propositas qua-
rum de stiones de Antichristo respondere conantur, sed non omnes
Antichri- tamen eodem modo.
sto opinio-
nes.

Hagerus 24. Pleriq; communem Patrum errorem errant,
Friburgen- Antichristum scilicet nasciturum esse de tribu Dan:
sis contra quod ipsum probari volunt vaticinijs D. Iacobi Gen. 49,
D. Heer- 17. Dan coluber in via, cerasites in semita, mordens un-
brand. gulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò. Et Ieremie,
cap. 8, 16. A Dan auditus est fremitus equorum ejus
&c.

T. 1. lib. 3. 25. Robertus verò Bellarminus hoc ipsum perne-
c. 11. p. gat, & non posse ex scripturis ostendi, nec ullam earum
878. & scripturarum hoc convincere, disertè facetur, (quo no-
879. mine maximas ipsi gratias agimus;) siquidem Patriare-
cha de Samsone, Prophetæ de Nabuchodonosore loqua-
sur.

26. In ceteris autem adstipulatur complicibus su-
is, nimirum Antichristum nondum venisse: ventus
rum autem paulò ante extremum diem: fore item unum
salem ac singularem hominem, nasciturum ex gente Iu-
daorum & circumcisum iri ac sabbatum observaturum,
salem ad tempus: venturum præcipue propter Iudeos, &
ab eis

ab eis tanquam Messiam receptum iri, instauraturum
templum ierosolymitanum & in eo sessurum, occisurum
Enochum & Eliam, tribus saltem annis cum dimidio do-
minaturum, & quae sunt hujus furfuris alia.

27. Hac omnia & alia consimilia, cum de scriptis Hieron. in
ris sacris autoritatem non habeant, eadem facilitate con- c. 23. Mathe-
remununtur, qua probantur.

28. Quod enim de singularitate seu individuo
Antichristi suaviter nugantur Pontificij, ex vocabulo
& articulo Graeco singularis numeri Antichristo ab
Apostolo tributo: vel malicia mera est, vel puerilis insci-
tia, virgis potius quam operosa response corrigenda.

29. Solenne enim hoc perquam est non modo Spi- Prov. 24,
ritui sancto, us vocabulo & articulo singularis numeri 1. Pet. 5, 8,
totam speciem & seriem plurimorum sibi succendentium Hebr. 9, 7.
collectivè denotet: sed ipsis etiam Pontificijs, ut Papa, sin-
gularis numeri voce, totam illam Pontificum colluviem si-
gnificant.

30. Locus porro Iohanniticus: Si aliis venerit in Ioh. 5, 43.
nomine suo, illum recipietis &c. ex quo Bellarminus pro-
bat Antichristum receptum iri à Iudeis pro Messia: neq;
de Antichristo propriè sic dicto loquitur, neq; categorice
quicquam pronunciat, quòd omnino proprie rei certitudi-
nem necessum erat, neq; definitè de uno vel certo aliquo
quicquam habet, nec verbum tandem ullum de fictio
Iudeorum Messia continet.

31. Enochum in vitam redierum, veritas papalis
est, id est, purum putum mendacium: Heliam jam venisse Matth. 10,
Christus ipse met locupletissimus testis est. Quomodo ergo 14. & 17.
ab Antichristo occidi poterunt? 11. Luc. 18
17. de
18. Matt.

Din. 12,
7. Apoc.
12, 14.

32. Tempus & tempora & dimidium temporis
(quorum Daniel & autor libri absconditi mentionem fa-
ciunt) ex quibus Romanenses regnum Antichristi desi-
niunt annorum trium cum dimidio; qualia sint. Ponis
sicij docere, nequeunt. Nos angelicos annos intelligi
more Scripturarum & eventu edocti tuius credi-
mus.

Boris
veræ sen-
tenciar.

33. Remotis ergo & refutatis opinionibus erroneis,
veram jam astruemus sententiam: ac primum quidem
notas præcipuas, quibus Antichristus magnus in sacris
literis graphicè depingitur, colligemus: deinde si cui tri-
bui atq; applicari illæ queant, videbimus: quo ipso &
quis sit Antichristus, & num uenerit, liquido consta-
bit.

Note An-
tichristi.
2. Thess. 2.
1. Ioh. 4, 3.

34. Ac ut à primo Antichristi ortu ortum du-
camus, adventus ipsius, Apostolo teste, est uel cœptus
Sathanæ cum omnipotencia & signis ac prodigijs menda-
cibus, & cum omni fraude injustitia in ijs qui pereunt:
atq; jam olim Apostolorum temporibus mysterium illud
iniquitatis peractum & Antichristus in mundo fuit:
tantum obstat aliquis, quo sublato & facta prius etiam
defectione, revelari debuit & interfici sine manibus,
spiritu oris Domini, & destrui apparitione, adventus
eius.

2. Thess. 2,
4.
Apoc. 17,
3. 9. 18.
Dan. 11,
45.
Dan. 11,
36.
Thess. 2, 4.

35. Domicilium & sedes ejus dicitur fore templum
Dei, bestia septiceps & decicornis, Babylon mystica, urbs
magna, quæ habeat imperium in populos, quaq; inter duo
maria sita sit.
36. Amoribus etiam describitur, quod elevet se se
super omnem Deum, dominatum dignitatem, seq; in tem-
plo

plo Dei ut Deum ostendat; interficiat sanctos plurimos, 2. Pet. 2.
ita ut eorum sanguine inebletur: amores mulierum non 10. Dan.
curet, sed prohibeat nuptias, oculos autem adulterij plenos 11, 44.
habeat; thesauris auri & argenti dominetur, & cor ha- Apoc. 17.
beat ad avaritiam exercitatum.

37. Potissimum verò doctrina ipsius mentio fit, ut-
pote qua maximè Christo adversetur, nempe quòd postha- 43. 2.
bito Deo patrum suorum Deum suum Maùzim colendum
proponat, abneget Deum Patrem & Filium, connubia cit- 37. 38.
bosq; certos prohibeat, &c.

38. Iam si totum perlustremus orbem, ac in omnes 2, 1. 1.
terra angulos oculos convertamus, omniumq; temporum Tim. 4, 3.
historiis revolvamus, singula hæc yvwæjorūta & neñexa 2. Pet. 2,
in neminem sub Sole alium, nisi P O N T I F I C E M R O M A N V M & regnum ejus præcisè 14. Papa Ro-
manus ve-
rè magnus
Antichiist.
competere videmus.

39. Adventus enim ejus verè fuit secundum ope-
rationem Sathanæ, partim cum omni potentia & fraude
emungendo magnates opibus, partim ad Divorum lacella,
statuas, sepulchra, reliquias, prodigijs & signis fallacibus
autoritatem sibi conciliando.

40. Ejus etiam fundamenta viventibus adhuc 1a.
Apostolis iacta sunt, varijs in Ecclesia primitiva de per-
sona & officio Christi, delegibus Mosaicis, traditionibus
humanis, justificatione, operum meritis, Sacramentis,
conjugio, cœlibatu, abstinentia à certis cibis, observatione
dierum, &c. exortis heresibus, quæ postmodum progressu
temporis in unum quasi corpus, Papatum nempe Roma-
num, coaluerunt.

41. Quò minus tamen proruperit & palam tyrans
nidem suam exercere cœperit, oblitus seculis aliquo tūm

cas piorum

piorum in Ecclesia Doctorum cura fervorū hominum fidelium erga doctrinam cœlestem, tūm Romani Imperij maiestas & potentia: qua utrēq; tandem languescente, paulatim quōd occulte foverat, in apertum protulit, & horribilis defectionis autor fuit.

Revelatio & occisio. 42. Deniq; novissimus his temporibus divinitus velatus fuit, occisusq; non armis externis, sed gladio verbi divini, in animis piorum; nec quicquam supereſt, nisi ut altissimus ipsum adventu suo penitus extirpet atq; deſtruat.

Sedes. 43. In templo verò Dei, quæ est Ecclesia, uti natus 1. Tim. 3, est, sic dominium etiam sibi arrogat: & Romam, quartæ Monarchiæ metropolin, septemque una sibi muro circundedit arces, queq; inter duo maria, Tyrrhenum & Adriaticum sita est, occupavit.

Mores. 44. Mores etiam exactè respondere, nemo, qui vel per transennam saltē Papatum Romanum introspexit, vel quæ de eo literarum monumentis prodita sunt, cognovit, ignorare poterit.

Doctrina. 45. Doctrinam quod attinet, non amplius Deum patrum suorum colit, (is enim quomodo coli velit, in verbo suo patefecit) sed æglogæcias & eidologæcias instituit, venerando Deum illum suum missaticum, antiquati puriori prorsus ignotum, sanctis item defunctis & eorum reliquijs atq; imaginibus divinum honorem conferendo.

Tit. 1, 16. 46. D E V M Patrem & Filium profiterur se Psal. 14, 1. scire, factis autem abnegat, & in corde suo dicit, non est D E V S: imò verbis etiam voluntatem paternam DEO Patri, ac Filio salutare officium derogat, eademq; Ma-

ria

via virginis, & reliquo beatorum cælitum choro attiri-
buit.

47. Coniugium carnale vita genus indiget, in
quo qui vivant, Deo placere nequeant, ac ipsi toti ordinis
Ecclesiastico prorsus interdixit.

48. Ciborum quorundam usum statim temporibus
per salutis periculum prohibitum esse, mordicus etiam pro-
pugnat.

49. Romanum igitur Pontificem ipsissimum esse
Antichristum, utut maximè adulatores & mercatores
eius sanctissimum patrem, Christi vicarium, caput & spon-
sum Ecclesie, principem sacerdotum, Episcopum œcuménio-
cum, & nescio quem alium ipsum salutent, sole meridiano
clarior ex ipsis SS. literis demonstratum esse, nemo, cui vel
gutta sanæ mentis, & cui pietas atq[ue] salus curæ cordiq[ue] est,
inficiabitur.

50. Christum Servatorem, Antichristicidam, qui
in medio inimicorum suorum dominatur, rogamus toto
pectore, ut magis magis spiritu oris sui Antichristum
jugulet, & quamprimum adventus sui claritate aboleat,
piosq[ue] omnes ab ipsis in stagnum ignis & sulphuris
conjecti tyrannide liberatos aeternum
salvet. Amen.

* ♀ *

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣ ΣΕΙΣ ad Doctissimum Dn.

Respondentem.

S Iccine tam sanctas curas agitaricr, isthac
Siccine te studij pondera ferre die?
Ocia quâ ludis, quâ poclis evacuandis
Nuncupat illecebris dedita turba malis.

Nimirūm

Nimirum memor es Pietatis: nomina mentem
Flectunt, quæ quondam lux hodierna dedit.
Ista namq; die cœpisti vescier aura:
Te C H R I S T I membris addidit ista dies.
Quid? quod & illius præsens est nobilis ortu
Lux, A N T I C H R I S T I qui tremefecit opus,
Tanta igitur meritò benefacta hac luce revolvis,
Natali q; tuo gaudia digna capis.
Ast ego conatus grator: tibi I o v a benignus
Adsistat: Voti summa sit ista mei.

M. Nicolai Rhostii Genensis
Ecclesiae Diaconi.

C Vr tibi belligero dederint à Marte parentes
M A R T I N I nomen, Martis belligi cruentis
Ignaro, dubia mirabar mente: sed ecce
Omne modò tollus dubium M A R T I N E, quod acer
Ad pugnam prodis miles, non ense nec armis
Terrenis certans, sed spiritualibus armis
Christi & Christicola plebis consurgis in hostem,
Romanumq; stades interficere Antichristum.
Felici auspicio committas prælia, versis
Hostibus ing, fugam viridi redimitus oliva
Victor ovans redeas. Sic Martia nomina verè
Gestabis: Sic te laus, fama decusq; manebit.

M. Nicolai Rebhan,

2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454981-p0014-8

DFG

94 A 7389

St. Louis



ULB Halle
002 716 291

3

A standard linear barcode consisting of vertical black bars of varying widths on a white background.

VO 17





Farkarte #13

BIG

Black

3/Color

White

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISPUTATIO XIX.
De NTICHI RI
TO MAGNO
DE QVA
Spiritu sancto duce
SUB PRÆSIDIO I
NHARTI HUTTERI,
S. THEOLOGIAE
DOCTORIS.
Respondet
R TINVS FRANCVS
Vrenbachensis Tyrigera. ad diem 18. Novembris boris locog
consuetis.
Henr. T. Steinmanni.
ANNO CI C XCVI.